Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



urbis relicta est. tenebre et palpacio facte sunt sup speluncas usq; in eternum. Gaudium onagrorum pascua gregum donec effundatur sup nos spiritus de excelso. Et erit desertum in chermel. et chermel in saltu reputabitur. et habitabit in solitudine iudicium et iustitia in chermel sedebit. et erit opus iustitie pax. et cultus iustitie silencium et securitas usq; in sempiternum. Et sedebit plus meus in pulchritudine pacis. et in tabernaculis iustitie fiducie et in requie opulenta. grando autem in descensione saltus. et humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas in mittentes pedem bouis et asini.

XXXIII

Ve qui pdaris cum non sis predaberis. et qui spernis non et ipse spernetur. Cum consumaueris depdacionem depredabimini te. Cum fatigatus desieris contempnet contempnent. Domine miserere nostri te enim expectauimus esto brachium nostrum in mane et salus nostra in tempore tribulacionis. A voce angeli fugerunt populi et ab exaltacione tua dispersi sunt gentes. Et congregabitur spolia mea sicut collisitur bruchus. velut cum fossis plene erunt de eo. Ostenditur est dominus quia habitauit in excelso. et implebit syon iudicio et iustitia. et erit fides in temporibus suis diuitie salutis. sapiencia et scientia timor domini thesaurus eius. Et ecce videntes clamabunt foris. Angeli pacis amare flebunt. dissipate sunt uie. cessauit transiens per semitam. Irritum factum est pactum et proiecit ciuitates. non reputauit hominem. Luxit et languit terra. confusus est libanus et obsurduit. factus est saron sicut desertum. et concussa est basan et carmelus. nunc consurgam dicit dominus. nunc exaltabor et nunc sublimabor. Concipietis aridam. parietis stipulam. spiritus ut ignis uorabit vos. Et erunt populi quasi de incendio calcis spine conuiuate et igni combuentur. Audite qui longe estis quae fecerim et cognoscite uiam fortitudinem meam. Conterriti sunt in syon peccatores. possidebit timor ypocritas. Quis poterit habitare cum uobis cum igne deuorante. Quis habitabit cum uobis cum ardoribus sempiternis. Qui ambulat in iustitiis et loquitur uitatem. Qui proiicit auaricias ex calumpnia. et excutit manus suas ab omni munere. qui obturat aures suas ne audiat sanguinem et claudit oculos suos ne videat malum. Iste habitabit in munimenta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus est et aqua eius fideles sunt. regem in decore uidebunt. suo et oculi eius cuientem de longe. cor tuum meditabitur timorem. Vbi enim est literatus. vbi sunt uerba legis ponderans. vbi est doctor puuloruum. Populum impudentem non uidebis. populum alti sermonis ita ut non possis